1460, ⟨Ende⟩ Mai, Siena.[1]) **Nr. 6232**

NvK ernennt Simon von Wehlen zu seinem Vikar in geistlichen Angelegenheiten für die unter der Herrschaft des Grafen von Görz stehenden Gebiete des Bistums Brixen sowie für die dem Brixner Hochstift unterstehenden Gerichte Antholz, Anras und Tilliach. Diese seien nicht vom Interdikt betroffen. Für die anderen Gebiete des Bistums Brixen habe der Papst die Bestellung eines Vikars untersagt.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StiA, Cod. Cus. 221 p. 210f. Überschrift:* Commissio vicariatus in valle Pustrissa.[2])

Erw.: Jäger, Streit II 39, 45; Grass, Fehdewesen 794; Baum, NvK und die Grafen von Görz 71; Baum, Sigmund der Münzreiche 189.

Nicolaus etc. venerabili nostro devoto magistro Symon de Welen[3]), in decretis licenciato, canonico ecclesie nostre Brixinensis, salutem in domino. Quia, s^{mo} d. n. papa Pio nobis per expressum prohibente, ne vicarium in spiritualibus in nostra diocesi constitueremus propter prophanacionem divinorum, que iam aliqua diu in eadem facta est et fit de presenti, tamen nobili comite Goricie instante pro clero in suis dominiis vallis Pustrisse nostre diocesis constituto, quod absolverentur, si qui excessissent, et illis se offerentibus ad omnimodam obedienciam, et cum ipsi sacerdotes non fuerunt inclusi in interdicto per bone memorie Calistum posito[4]) aut eciam in interdicto iuris modo lato ob insecucionem hostilem per ducem Sigismundum et suos complices contra nostram personam factam[5]), obtinuimus ab eodem sanctissimo d. n., quod illi dominio comitis et sacerdotibus in ipso degentibus ac nostris subditis in Entholcz, Anras et Tiliach[6]) de vicario in spiritualibus providere possumus. Hinc de vestra circumspectione plenam fidem habentes, presencium tenore, vobis vices nostras quo ad prefata loca, quemadmodum illa vicarii in spiritualibus hactenus usi sunt, presencium tenore plene committimus, mandantes vobis, quod diligenter, que ad huiusmodi officium spectant, exerceatis. De aliis supra non expressis locis, eciam Bruneck, ad Sanctum Laurencium, Sunnenburg et Stegen[7]), nequaquam vos intromittentes, nisi aliud a s. d. n. aut nobis in posterum reciperitis in mandatis. Datum Senis, die prima (!) maii 1460.

---

[1]) *Das im Text angegebene Datum 1. Mai 1460 kann nicht stimmen, da NvK erst am 29. April 1460 aus Ampezzo aufbrach und erst am 26. Mai in Siena eintraf; s.o.* Nr. 6234. *Auch aus inhaltlichen Gründen kann* Nr. 6232 *erst nach* Nr. 6228 *vom 26. Mai 1460 angesetzt werden, da NvK dort eine Sonderregelung für die Grafschaft Görz noch ablehnte.*

[2]) *Pustertal.*

[3]) *Simon von Wehlen, Neffe des NvK.*

[4]) *S.o.* Nr. 5397.

[5]) *D.h. das gemäß Clem. 5.8.1 (Si quis suadente) geltende Interdikt.*

[6]) *Die Gerichte Antholz, Anras und Tilliach, alles Brixner Exklaven im Görzer Herrschaftsgebiet. Vgl. die in* Nr. 6281 *Anm. 2 vermerkte Notiz über die Publikation der Exkommunikationsbulle gegen Hz. Sigismund in Anras und Tilliach.*

[7]) *Bruneck, St. Lorenzen, Sonnenburg und Stegen, allesamt Orte im Pustertal.*

»Acta Cusana« Band III Lieferung 2 (978-3-7873-4321-8), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2023.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.